

Band II., Nr. 526, Seite 349-351

Bischof Diethelm von Konstanz erhält die von den Brüdern Konrad und Beringer geschene Stiftung des Klosters Schussenried durch Vermittelung eines Vergleichs mit dem Erben derselben Konrad von Wartenberg aufrecht.

Konstanz, 1205. April 6.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen.^a Mortalium facta vetustas oblitterat, et novercancia mundanis actibus temporum curricula presentarium memorię statum labefactando rei gestę evidenciam et cercitudinem veritatis subducunt et oblivionis interitu in eorum permanenciam malignantur. Proinde reverendorum patrum lege disciplinę et sciencię cana et matura auctoritas et primores viri celestis ingenii puritate vigentes, previdentes in spiritu omnia temporis impendio tamquam sepulta delitescere, honestum pariter et utile decreverunt res dignas memoria, ut, expertes desitionis et interitus, temporum serę posteritatis noticiam introirent, litterarum inditiis alligatas eternare. Hinc est quod ego Dethalmus Constantiensis episcopus presenti pagina notum facio tam futuris quam presentibus, quod duo viri nobiles et ingenui, fratres germani, milites Chönradius et Beringerus, omnium bonorum auctore inspirante ducti, predium in Shuzinret et pluribus aliis prediis cum omnibus eorum pertinenciis, ut regularis vitę Premonstratensis ordinis religio ibi viveret et serviret, deo offerentes, in domo beati Petri in Augia secus Raurispurch eiusdem regule viros idoneos et spectabilis vitę novelle plantacioni preficiendos expostularunt, quibus impetratis et in plenitudinem regularis vitę et predii potestatem missis, ut donatio deo facta et cetera bene initiata rata et inconvulsa haberentur, salubriori consilio maiorum procerum terrę disposita expediencia loco et religioni ordinaverunt. Illis vero ab hac luce migrantibus, vir nobilis libere conditionis miles, dominus Chönradius de Wartinberch, eo quod esset proximus de sanguine illorum, facta ab eis cassare intendens, predia iam dicta cum possessionibus occupavit et nomine heredipetę hereditatis sub pretextu et titulo omnia retinere nitebatur. Tandem lite suscitata et querela sepius instaurata partem nostram interponi placuit, et multorum bonorum virorum fusa prece et accedente consilio ad hunc finem res devenisse et deducta dinoscitur ut iam nominatus miles fundum illum Shuzinret cum omnibus suis pertinenciis et quibusdam circuadiacentibus prediis, infra nominandis, religiosus Premonstratensis ordinis ad inibi serviendum deo in perpetuum donaret; aliam vero partem eorundem prediorum, scilicet

^aDiese Zeile ist mit Kapitalschrift geschrieben.

II

Richinbach cum suis pertinentiis et quibusdam aliis subter memorandis, ipse cum successoribus suis quiete et absque religiosorum omni in posterum pulsatione possideret. Omni autem iuri quod vel in dicto fundo Shuzinret habere voluit vel habere videbatur dominus Chõnradus et successores sui renunciaverunt filii, ut de cetero nichil ibi agere vel disponere debeant, nec officium vel ius vel nomen patroni ibi retinebunt; sed nec locus vel homines loci eis in aliquibus erunt obnoxii, nisi quod pro eis ius spiritale fundatoribus locorum debitum, scilicet orationum munus, specialius et devotius quam pro aliis deo offeratur et pro tota eorum succedente posteritate. Nomina locorum religiosorum pertinentium hec sunt: Shuzinret, Vdilsrutti, Amiciniswilleri, Chuirinbach, Lõicbach. Predia parti domini Chõnradi cedentia sunt: Richinbach¹, Hertin, Dorf, Nuuiron. Et ne malignitas hominum, que benefice instituta rescindere conatur, amicis discordie, si qui sunt, quod absit, super diffinitis de cetero recidiva litigiorum prebere ausit seminaria, et suboriencia rescissionis mala partibus imposterum aliquam parent et pariant difficultatem et tranquille possessionis turbationem, presentis scripti paginam sigilli nostri auctoritate dignum duximus roborare et viros huius compositionis hortatores et cooperatores in medium deducere. Erant viri venerabiles et religiosi, de Salem et de Rinaugia abbates, et honorabiles persone litterate Constantiensis ecclesie canonici, Albertus prepositus de Sindilingin, Wernherus de Stõifin; ministeriales accepti domini regis Philippi: Fridericus dapifer de Walpurch, Heinricus de Smalineege, iam dicte et facte transactionis mediatores.

Acta autem sunt hec et in synodo Constantiensi coram omnibus publicata proxima quarta feria ante cenam domini, anno verbi incarnati millesimo ducesimo V^o., anno decemnovenalis cycli VIII., anno communi, indictione VIII., epactis [X]XVIII, concurrentibus V, presidente in sede apostolica domino papa Innocentio tercio, apostolatus eius anno octavo, regnante domino rege Philippo, gloriosissimi imperatoris Friderici filio.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An einem auf ungewöhnliche Weise durch die Urkunde geschlungenen Pergamentstreifen hängt ein länglich rundes Wachssiegel. Der Bischof im Ornat mit der Mütze samt Inful, den Krummstab in der Rechten, ein Buch mit der Linken vor die Brust haltend, sitzt auf einem einwärtsgerundeten, verzierten Stuhl mit Seitenlehnen, die jedoch nicht mehr recht deutlich sind. Von der Umschrift ist noch der Anfang übrig: DIET.... und der

¹Nach Kantonsarchivar Pupikofer handelt es sich womöglich nicht um Rickenbach an der Thur im Kanton Thurgau sowie die Orte Hertis, Weildorf und Nifra, sondern eher um Rickenbach im Kanton Zürich und das an der Thur gegenüber liegende Neunforn mit dem Hof Hertin sowie Willisdorf bei Diessenhofen im Kanton Thurgau.

III

Schluss: ...SIE EPiscopus. Das ganze Siegel, das zudem falsch herum angebracht ist, sieht schon an sich sehr verdächtig aus und muss insbesondere bei einem näheren Vergleich mit dem für Urkunde Nr. 519 (WUB, Bd. II, S. 340) beschriebenen echten Siegel als ein sehr unvollkommener Nachahmungsversuch erkannt werden.

Der äußerst geschraubte Stil, eine Reihe ungewöhnlicher Einzelheiten und vor allem das offenbar falsche Siegel machen diese im übrigen sehr schön geschriebene Urkunde in hohem Grade verdächtig.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 505 U 1

Editionen:

Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 547.

Literatur:

Baumann: Freiherren von Wartenberg, S. 151.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Dorf, Kt. Zürich, Schweiz
 Enzisweiler Wohnplatz (17075)
 Enzisweiler, Bad Schussenried, BC
 Hertten
 Hertis
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kürnbach Wohnplatz (17079)
 Kürnbach, Bad Schussenried, BC
 Laubbach Wohnplatz (21215)
 Laubbach, Ostrach, SIG
 Neunforn, Kt. Thurgau, Schweiz
 Nifra
 Olzreute Wohnplatz (17083)
 Olzreute, Bad Schussenried, BC
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Rheinau, Kt. Zürich, Schweiz
 Rickenbach, Kt. Thurgau, Schweiz
 Rickenbach, Kt. Zürich, Schweiz
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Sindelfingen Wohnplatz (211)
 Sindelfingen, BB
 Staufen Wüstung (26131)
 Staufen, Hilzingen, KN, W
 Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT
 Weildorf
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Willisdorf, Diessenhofen, Kt. Thurgau, Schweiz